



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

6. Sic Varias Experta Vices Dominosqe Freqventes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

autem horum extrectum fuerit, deycere ac vastare, & præterea juf-  
fis stipendiis publicis eo loci cum copijs suis excubare, ubi major pro-  
vinciae necessitas fuerit hostibus resistendi atq; incommodandi, &c.  
Ex literis An. 1371. die Jovis post festum S. Luciæ datis.

5. NON IMPVNE TAMEN QVÆ TVLIT  
ARMA NEPOS. *An. Conradi Cesaris 6. id est, An. 1143.*  
*comes de Arnsberg depredationes, & incendia exercet in diæce-  
si Paderbornensi, teste Gobclino Persona in Cosmodromio.*  
*Ærat. 6. cap. 59. Quem Henricum nominat Gaspar Bru-  
schius in catalogo Episcoporum Paderbornensium; Conra-  
dum verò vocant, & multoties Bernardo I. Episcopo Paderbor-  
nensi injurium, ingenti prælio ab eo victum tradunt, Gerhardus  
Cleinsorgius in hist. Ecclesiast. Westphaliae MS. Herman-  
nus Kerissenbrochius, & Henricus Hovelius in catalogo  
Episcoporum Paderbornensium. Item Aegidius Gelenius  
lib. 3. hist. S. Engelberti. *Conradus Comes in Arnsberg, qui in  
prælio contra Bernardum Episcopum Paderbornensem suscep-  
to, occubuit circa annum Christi 1143.* Hardehusanus quoque co-  
dex membraneus MS. de gestis Bernardi primi Episcopi  
Paderborn. fundatoris Hardehusani testatur, *contra poten-  
zem Comitem de Arnesberc, qui infestabat Ecclesiam Paderbornen-  
sem, multis expensis eum dimicasse.**

6. SIC VARIAS EXPERTA VICES DOMI-  
NOSQVE FREQUENTES. Post Comites Arnsber-  
genses *VVevelsburgum* in potestatem venit Comitum Wal-  
decensium, à quibus ad Ecclesiam Paderbornensem tran-  
sijt, media ejus parte Bartholodo nobili de Büren beneficij  
oco concessa, ut habent literæ antiquæ. *Nos Otto Dei  
Gratia Monasteriensis Ecclesiae Electus & Confirmatus, ac Si-  
mon nobilis Dominus de Lippia universis præsentia visuris, &  
audieris*

audituris cupimus esse notum, quod translato castro de VVevelsburg per nostrum nobilem Comitem de VValdeck in Ecclesiam Paderbornensem, de voluntate & consensu hæredum suorum, cum omnijure, quod idem Comes se habere dicebat in eodem, inter verabilem Patrem D. Ottонem Paderbornensem Episcopum nomine predicta Ecclesia sue, & Bartholdum nobilem juniores de Büren, per Nos de consensu parentum prædicatorum talis est erdinatio instaurata, videlicet quod prefatus Bartholdus & sui hæredes medietatem dicti Castris ab Episcopo Paderbornensi quæ tunc est, & pro tempore fuerit, nomine jam dictæ Ecclesia jure homagij recipient & perpetuo possidebunt; Prefatus etiam Bartholdus & sui hæredes dictum Castrum expensis vigilum & custodium portarum una cum Episcopo & Ecclesia custodient, & custodiri aequaliter procurabunt, aequali jure portarum clavibus atendo; Episcopus quoque prælibata Ecclesia ipsum Bartholdum, & suos hæredes in omni jure eorum conservabit, & permitte cōsdem in jure suo libere permanere; cōverso Bartholdus & sui hæredes facient fidelitatem, & debita servitia Episcopo & Ecclesia supradicta, prout de jure tenentur. In præmissorum testimoniū, fidem & firmitatem sigilla nostra cum sigillo sepe dicti Bartholdi præsentibus duximus apponenda, & ego Bartholdus nobilis supradictus sigillum meum præsentibus apposui in testimonium præmissorum. Datum Anno Domini. M. CCC. I. Feria quarta post assumptionem Beatae Marie. Hanc dimidiā partem dynastie Wevelsburgensis, cum dominio, frigraviatu, advocaria, iure & mixto imperio, jurisdictionibus & juribus, cum villis & parochijs in Erlen, Borne, Haren, Helmeren, Attelen, Hengelern, Husen, Dalem, Verste, Böcken, Nuttelen, Hattope, Sinkessen, Seevelde, Schuvenfern, & reliquis omnibus villis in ijsdem parochijs sitis, Simon Nobllis de Büren, conscientibus Bartholdo præpo-

S

lito

sito Werdensi, Bernardo & Ioanne fratribus suis, vendidit Ruperto Episcopo Paderbornensi An. 1391. in Octava omnium Sanctorum. Ab ijsdem tamen fratribus jam ante Simoni Episcopo Paderbornensi venditam fuisse, indicant litteræ antiquæ Ann. 1384. Craftino decollocationis S. Ioannis Baptista datæ, in quibus fatetur Simon Episcopus se Wevelsburgi arcem & dynastiam *cum parochijs Bodeken, Kerchberge, utriusque Tudorpe, villis Haren, Ettelen, cum omnibus proventibus & hominibus, in Graffem, Borchler, Holthus prope VWevelsborg, Adene, Tedekenlo, Hoyerinchus, Alberinchus, Aldenbodeken, Vulferdessen, Tyndelo, Knyckenhagen, Suvafern, Eldynchusen, Meyngerinchus, item parochia Elren, Dalhem, Nutzelen, cum pagis eò pertinentibus, Elren, Hatope, Syrekeffen, Snedelde, Verste, & Bokelen, excepto Bodene, à Simone Burano, ejusque fratribus coëmptam, Friderico de Brencken militi, pro quadringentis & viginti quatuor marcis argenti puri, obligasse pignori; quod postea Ericus Episcopus Paderbornensis An. 1513. die Lunæ post S. Kiliani extinxit, & VWevelsburgum Bernardo & Ioanni nobilibus de Büren pro 2936, aureis Rhenanis iterum oppigneravit.*

7. SVBDIDIT IMPERIO SE THEODORE TVO. Theodorus Furstenbergius Episcopus ac Princeps Paderbornensis An. 1589. 9. Aug. Ioanni seniori & Ioanni juniori Dynastis Buranis, 3536. aureis Rhenanis numeratis, VWevelsburgum Ecclesiae suæ demum recuperavit, atq; arce inchoata An. 1604. & An. 1607. absoluta, proprio sumptu 36000. nummorum imperialium, haud computatis eorum operis ac vesturis, qui jure angariarum illas præstiterunt, forma triangulari, specie sane visenda atque magnifica exornavit, addita hac inscriptione, quæ in atrio conspicitur.

Q.D.

Arx